certis enim potentibus quorum nominatum {tum} non est scribto signari
nouit dns quia plus quam quadringentos auri solidos erogauit
hos me fidem dicente concessit. frons mea apud ipsum libera esse
non potest. donec per uos sicut confido pollicitatio conplexatur.
Idcirco direxit praesentium perlatorem hominem & religionis &
fidei. ut ab hac me quam p̄fatus sum conuentione & iniuria sub
leuetis. unde salutationis honorem tota humilitate persoluens.
rogo per illum contestans qui communia circa scm papam uota
respexit. ut ordinetis qualiter ab huiusmodi inquietudine releuer.
tamen si uerecundum esse non credetis. Indicate & de propria fa
cultate restituo. quidquid me spondente a sco epo constat ex
pensum. quia litteras sci pape habeo quibus iussit quidquid opus
esset & fieri cum mea debere securitate conpleri si meo laborare
urae erit prouisionis expendet.

ENNODIUS SANARIO.

Si diligentiae memoria circa personam meam animus uester non
exueretur. si reuertieum ad iudicium sublimitas tua non cogerit
post faciuorem. frequentia scribta prorogarer. sed quid faciam
quia non ualidis radicibus nititur amor indebitus. & cito ad exa
men reducitur quidquid gratiae aura subrepuit. me noui solum
prius debuisse diligi quam probari. hunc tantum fructum deca
ritate possedi quem incognitus prouisione subtraxi. sed uos
conuenerat non cito abeo cui amici nomen inposuistis abscedere.
ne non semper ad meam culpam redeat quod promissa mihi non
tenetur affectio. sol& enim esse ignara districtionis de uincti
conscientia. & opus est ut perpetuo teneat quidquid semel
fidum pectus acceperit. salutem ergo debitam dicens spero ut
dispicientis ranceda potentum fastidia honorem uestrum &
quam ds tribuit possibilitatem humilitatis fascibus sublimetis
cuius rei fidem interpres animorum lingua confirmet. & testi
monium fidele mentibus deferat caritas monstrata per
litteras.

ENNODIUS ABBATI STEPHANO.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0122